



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Ex parte modi vendendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Quinquæ capita, unde crescant, vel decrescant rerum pretia.

Ut autem id, sine errore, cognoscatur, subdam hic præter capita, unde res maioris, vel minoris, æstimari solent, quorum profectò notitia maximo erit in taxandis eorum pretijs. Quando enim hi in taxandis in latitudinem pretij vulgaris, nisi taxa ab eis designata esset, clare (nam in dubio, pro Magistratu, & Mol. l. d. 364. §. conveniunt etiam) supra supremum, vel infra infimum, erit (nisi in aliquibus raris casibus obstat bonum publicum. Lege omnino de Luctu, de Inst. ad 6. §. 5. à num. 53.) iniusta, & etiam in æquitate, non servanda. Ita Sanchez l. 1. c. 7. dub. 5. hæc id probans. Hæc autem capita confusè satis, & sparsim ab Authoribus approbata, ad quinque ordinatim reducuntur. Primum se tenet ex parte rei venditæ. Secundum ex parte rei ementium, & vendentium. Quartum ex parte rei ratione expensarum. Quintum ex parte modi vendendi.

Ex parte rei venditæ.

1. Primum ergo, quod se tenet ex parte rei venditæ, est abundantia, vel penuria mercium, hæc enim augent, vel minuit. Hoc reducitur novitas, & antiquitas rerum, quæ quia raritatem indicant, pretium augent; ut in fructibus novis, & in imaginibus, & Statu antiquis.

Ex parte pretij.

2. Secundum est ex parte pretij. Abundantia enim, vel penuria pecunie minuit, vel auget rei valorem, ut patet in Indis; ubi quia est multa argenti, atque copiosa, numerose pecunia, atque adeo carius res distrahuntur.

Ex arte emptorum, & venditorum; Vbi:

An exteris carius possit vendi.

3. Tertium se tenet ex parte ementium, & vendentium: Quando enim emptores frequentes sunt, carius merces venduntur, quam quando sunt rari: & mercedibus enim multis emptoribus inducitur rerum penuria, apparentibus paucis, persistit abundantia. Quando item multi sunt venditores, vilescunt merces, quia si sunt venditores multi, multa est & abundans merx. Hinc plures res venduntur in Officiis, quam cum venditores per viros, & domos quarunt emptores, & plures, quando merces appetuntur, quam quando offeruntur, iuxta illud Proverbiū, teste Caietano 2. 2. q. 77. art. 1. & approbante Lessio l. 2. cap. 21. d. 4. num. 33. aliisque apud ipsum: Merces ultroneas vilescunt pro tertia parte, lumen eisdem ultroneas vilescere, usque ad medium, docent Barthol. à S. Faust. Rebell. Megala apud Dianam p. 1. 2. art. 8. ref. 23. 53. & 88. Adde Palatium mox referentem.

4. Hinc propter eandem rationem, qui emit in gratiam venditoris, verbi gratia, rogatus, potest emere minoris; & qui vendit in gratiam emptoris, potest vendere plures. Sanè Palatius v. Emptio, dixit passim, quod in Officiis valet quatuor aureis posse à te emi duobus, si rogatus, & de Lugo l. 2. de Inst. ad 26. §. 4. n. 44. Palatium refert, nec tamen refellit: Ioannes item de la Cruce? Potest qui (ait) emere censum iam impositum minori pretio taxæ, si quis quia rogatur, subdit Diana, l. c. Potest igitur pro censu imposito ad rationem quinque pro centenario, dare tantum viciis octoginta, rogatus tamen emere.

5. Hinc denique respondetur ad illam dubitationem. An exteris possit aliquando vendi carius; Vtique posse, colligitur ex dictis, quia per adventum multorum extorem, verbi gratia, in appulsu tritremium regiarum

Parti I.

crescit multitudo ementium, atque adeo augentur pretia rerum; Venditor ergo his exteris vendere poterit hoc iusto supremo pretio. Civibus autem ex liberalitate illud remittere, contentus modico, quod vigeat antea lege Mol. d. 346. Less. l. c. dub. 4. num. 10. Fag. de contr. l. 5. c. 27. num. 14. Quid, si exteri sint infrequentes, ita ut non pariant augmentum pretij; Respondeo, tunc non posse exteris supra supremum vulgare res vendi. Ratio est, quia si supponis pretium vulgare persistere, in iuria ipsis fieret, si illud pro ipsis non servaretur. Idem dic, quando advenientibus multis exteris, conflueret item multa copia mercium: nam tunc quod crescit ex vna parte, decrescit ex alia.

6. Non absimili modo sentiendum de Principe, seu Magistrato in taxando pretio pro iisdem exteris: solum enim illi concedo, ut possit augere pretium pro omnibus etiam incolis, advenientibus multis propter rationem dictam, non autem advenientibus paucis. Et illud item non puto improbabile, posse Principem statuere, ut pro exteris res vendantur supra vulgare pretio, pro Civibus medio, aliquid enim concedendum videtur Civibus, qui oneribus propriæ Civitatis perpetuò subfunt; at ut iisdem exteris vendantur supra omne iustum pretium, nullo modo puto probabile, quia quod est supra pretium supremum, iniustum clare est. Ita colligitur ex Molina. Less. Fagundez citatis.

An iisdem exteris possit concedi, ut suas merces carius vendant, dicam infra, §. 5. n. 1.

Ex parte, seu ratione expensarum, &c.

7. Quartum caput se tenet ex parte expensarum, &c. Pericula enim, & damna, & expensæ venditorum communiter occurrentia in quærendis, transportandis, conservandis mercibus, earum pretium augent: Contrà, facilitas, securitas, &c. minuunt.

8. Dixi (communiter occurrentia) nam ex eo, quod peculiaris Mercator multum de suis mercibus perdidit, v.g. ob furtum, ob naufragium, ob quid simile à se passum, non augetur legitima pro ipso pretium, quasi ob id, possit vendere carius. Ratio est, quia res tanti valet, quanti per se æstimatur communiter, non autem, quanti tibi ob infortunium, vel imprudentiam valuit. Ita Salas d. 39. Quod si naufragium, v.g. vel fuit commune multis Mercatoribus, vel fuit tali, ut induceret penuriam mercium: tunc profectò crescit sine dubitatione pretium, sed non ob unius Mercatoris causam, ut ex se patet.

9. Huc spectat, quando res plures venduntur apud unum Artificem insignem, vel Mercatorem peritum, quam non eius generis; Nobilitas enim venditoris aliquando nobilitat mercem, sicut nobilitas Artificis officium, quia supponitur, nobiliores Mercatores, atque Artifices magis laborasse in advehendis mercibus, & in artefactis efformandis.

10. Huc etiam reducitur licentia, quâ Mercatores possunt vendere aliquando carius ex ipso officio mercandi: ita Less. l. 2. c. 21. n. 4. Salas de empt. d. 29. n. 1. cum enim hi assidue laborent, expensæque faciant circa merces, unde cogantur alias lucrandi occasiones relinquere, atque negotia alia posthabere, idque in commodum Reip. cuius interest habere Mercatores ex officio: congruum est, ut hæc licentia iis concedatur in pretio vulgari, nam si ad est legitimum, non potest supra hoc Mercator vendere, quia in taxatione legitimi, iam haberi solet ratio officij Mercatoris. Puto autem, cum Less. l. c. n. 29. eum, qui non est Mercator ex officio, posse aliquando ex consequenti vendere pretio, quo ex officio vendunt Mercatores: quia posito, quod Mercatores ita vendunt, eiusmodi pretium iam sit vulgare in Civitate.

Ex parte modi vendendi.

11. Quintum caput se tenet ex parte modi vendendi. G g 3 Vendit.

Vendere enim, v.g. ut dicitur, ad minutum, cum habeat plus difficultatis, & minus utilitatis, regulariter auget pretium; vendere autem ad magnam quantitatem, propter rationes contrarias diminuit. Vendere item per licitationem sub hasta, huc facit, de qua mox separatim num. 25.

15. Dixi (regulariter) nam tum in censibus, praesertim novis, tum quando taxa est constituta in gratiam venditorum, quod ratio fit hoc non habere locum mon. Lessius lib. 2. c. 21. 4. num. 34.

16. Vendere anticipat, vendere cum pacto retrovendendi, & quadam alia huc pertinentia, quia particularibus scaturit difficultatibus, sigillatim de illis inferius est tractandum.

Necessitas, & utilitas Meritis quomodo augeant pretium.

17. Porro ex dictis colligi potest, qua ratione intelligendum sit ex illis duabus causis, Necessitate, & Utilitate augeri rerum pretia. Nam distinguendum est: Vel enim Necessitas, & Utilitas mercium est communis, & tunc auget, ut dictum est, pretium, quia tunc erunt plures euentes, &c. Vel est solum emptoris, & tunc non auget pretium. Ratio a posteriori est, quia sic posses essentienti, & pro fame periclitanti vendere centum aureis unicum panem. Ratio vero a priori, quam tradit S. Th. 2. 2. quæst. 27. art. 1. quem Molin. Roderic. Sor. Navarr. Lessius, quos citat Barth. à S. Fausto in Specul. Conf. d. 6. q. 7. sequuntur, est; quia nullus potest vendere, quod suum non est: at utilitas euentis, non est ulla ratione venditoris. Vel denique necessitas, & utilitas est ex parte Venditoris, quia nimirum Venditori res vendenda necessaria est, utilis, commoda, &c. tamen illam vendit in gratiam emptoris: & tunc potest Venditor augere pretium; privatio enim huius commoditatis, immo & iustæ oblationis est veluti lucrum cessans, & damnum emergens ipsi Venditori: Communis enim est doctrina, apud Less. l. c. a num. 26. Salas dub. 30. num. 2. Mol. d. 351. §. verum autem, infra mox tradenda, quando aliquid vendis in gratiam emptoris, modò illi cum veritate significes, tibi ex ea venditione tantum lucri verè cessare, vel tantum damni confurgere, te posse eiusmodi lucrum, dampnumque pretio compensare.

Quo pretio res emenda, vel vendenda.

18. His præmissis, Regula generalis est huiusmodi: Quando adest taxa Principis illa debet sub pena restitutionis observari, quæcum, ut dixi, consistat in indivisibili, non habet medium, summum, infimum. Quando verò ea taxa non adest, tunc servandus est pretium vulgare, quod quia habet tres illos gradus, licitum est emere, quem velit, in vendendo, eligere. Atque in hoc non ratio innititur lucrum iustè negotiantium; emunt enim infimo pretio, vendunt supremo.

19. Circa hanc regulam habet tres siue exceptiones, siue declarationes: Primò enim, si post dictam taxam, mutentur circumstantiæ, ut si appareat abundantia, vel superveniat sterilitas, taxa statim evadit iniusta: quare non erit ordinariè servanda. Ita Sanch. l. 1. conf. cap. 7. dub. 5. latè probans.

Dixi (ordinariè) propter quosdam raros casus, quando meta ponitur in gratiam venditorum, ut in censibus: vide Lessium, l. c. dub. 2. num. 13. & Salas, dub. 6. Rursus, si Princeps sciat, & patiat, ut populum non vendere iuxta taxam, sed pretio vulgari: tunc tacitè videtur consentire: idque ex Fagund. de contr. lib. 5. c. 37. n. 6. etiam si unum, vel alterum puniatur, cæteris dissimulatis: nam minus castigatio videtur facta ad experiendum, an alij taxam legem acceptent. Denique si res tua notabiliter (nam parum pro nihilo reputatur) sit melior, vel notabiliter sit peior, quàm res, quæ communiter in foro venduntur: plurius potes, vel minoris debes vendere,

quia taxa semper intelligitur de rebus ordinariè bonitatis. Si pretium rerum in foro augeatur ex malitia aliorum, vide infra cum de Monopoli.

Merces extraordinaria quomodo?

20. Secundò, Res, quæ non habent communem emum, ut Gemmæ, Canes, Falcones, Picturæ, Statuæ, Carum Saltatio, Vfus Mulieris; interesse Commodis, &c. licet probabile sit, & securius ut sentiant Rebell. 2. d. 9. q. 2. l. 2. Less. cap. 21. dub. 3. Salas dub. 8. alique apud Less. l. c. d. 16. selt. 4. num. 46. Castr. loco mox citando) non posse vendi, quanti potes, quia pretia debent considerari rationabili rerum; Tamen est etiam probabiliter posse, Ita Val. d. 5. q. 20. p. 2. §. 3. Sà v. Empio, & v. Natio, Tollet. c. 48. alique apud eundem de Lugo l. c. apud Castr. Pal. de Inst. comm. d. 5. p. 3. Barthol. S. Fausto in Speculo d. 6. q. 12. Quia res (ait Tolletus) quæ non habent pretium constitutum, nec à Principe, nec ab usu facti habent valorem ex mera voluntate euentis, & venditoris, ita illud: Præsumiturque in rebus suis est moderator, & arbitror. Vel quia, cum in his nulla necessitas (ait Valentius, d. 3. c. 6. emptorem indicatur donare venditori liberaliter ex suum supra pretium vulgare. Ad illud quod opponit Lugo d. 26. de Inst. selt. 4. n. 47. ex secunda hac sententia, sequi Simiam, vel Catulum posse licitè vendi pro prius Regni: facile responderetur, vel concedendo loquelam, sicut enim is potest renuntiare, seu donare Regnum alteri liberaliter, si suum omnino est uti suppressimus, sic poterit dare pro Catulo, quod minus est. Vel responderetur, nos loqui de venditionibus communiter, & moraliter occurrentibus, quæ nunquam tantam distantiam pretij à re.

Merces nunc cariores, mox futura viles, & contra, quomodo?

21. Tertiò: qui scit res intra paucos dies, etiam vnum, minoris valuitas, potest sine iniustitia hodie pretio currenti maiore, vendere. Et si sit plurius valuitas, potest hodie, currente minore pretio, emere. Ita Mol. d. 2. 354. citans S. Th. l. 1. q. 2. §. 1. de contr. c. 3. n. 10. de Lugo l. 2. de Inst. d. 26. selt. 8. §. 2. qui n. 47. idem putat de libro mox prohibendo; Castr. Pal. de Inst. comm. d. 5. §. 15. Ratio est, quia tanti iustè res venditur, & emitur; quanti tunc valet, nec scientia debet sciri obesse. Excipe primò, nisi si quis sit ex Consiliariis sit Princeps, qui taxam futuram præsciunt: hi enim ex officio tenentur dare operam, ut ex suis legibus, quantum fieri potest, unus præ alio non graveat, & n. 4. (addit Lessius l. c. dub. 5. §. 7. muneribus Consiliarium corrumpas, ut tibi futuram metam revelet. Sed certe, etiam Consiliarium, seu Principem posse suas merces præfenti pretio vendere, docet de Lugo, l. 2. de Inst. d. 26. selt. 8. §. 2. a num. 139. quando non differt ex industria promulgationem legis, ut ipse carius vendat. Excipe secundò, nisi fraudibus utaris, ut si scis futuram valuitatem abundantiam, vel librum prohibendum, spargas per amicos fore penuriam, vel librum non fore prohibendum. Ratio huius exceptionis est, quia quilibet ius habet, ne per fraudes decipiatur; nihil ergo dicitur: & rogatus dic te nescire (cum equivocatione) quia ex Less. loc. cit. non teneris cum tuo damno veritatem hanc, quæ pertinet ad bonitatem, vel vitium extrinsecum re aperire.

22. Dixi (sine iniustitia) Adde nunc, ex Less. l. 2. d. 2. n. 41. (& communiter sine peccato contra Charitatem) quia potest quis rebus suis consulere, etiam si inde damnum aliquod proximo obveniat. Tunc ergo solùm contra Charitatem, quando multum est de pauperibus proximus, atque à statu suo notabiliter dimovendus, quod est rarissimum.